



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 38. Concilium. Absolutio Miseni.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum V. vero ille advenit, qui vere simul Rex est,  
A. C. 495. & Pontifex, Imperator Pontificis Nomine

Diversitas abstinuit, nec Pontifex Dignitatem Regalem ultra usurpavit. Quamvis enim Potestatis Ecclesiasticæ omnia Iesu Christi membra Genus Re-

& Sæcularis. gale, & Sacerdotale dicantur, nihilomi-

**I. Pet. 2.9.** nus Deus cognoscens infirmitatem humana-  
nam, & suos per virtutem Humilitatis salvare volens, unius, & alterius Potesta-  
tis, Munera separavit, ita ut Imperato-  
res Christiani Pontificum opera indige-  
rent ad vitam æternam consequendam, &  
Pontifices in causis temporalibus Impera-  
torum Mandatis morem gererent. Qui

**2. Tim. 2.4.** Deo servit, non implicitur negotiis sæcu-  
laribus, & qui iis alligatus est, Res Di-  
vinas non gubernet. Sic Ordo uterque  
in Moderatione conservatur, & uterque  
status ea, quæ sibi congruunt, peragit.  
Hæc Gelasii Papæ verba sunt.

### §. XXXVIII.

#### Concilium. Absolutio Miseni.

**to. 4. p. 1269.** **G**elasius Papa eodem anno 495. Via-  
tore Consule 13. Maji Romæ Con-  
cilium celebravit, quadraginta quinque  
Episcoporum, quos inter S. Epiphanius  
Ticinensis, & S. Laurentius Mediolanen-  
sis aderant. Præter Episcopos, 58. Pres-  
byteri, & duo viri Sæculares Magistratu-  
insignes Amandianus, & Diogenianus in-  
tersuere. Misenus ex illis Episcopis De-  
legatis

legatis aliquis, qui Constantinopoli Sum- Sæculum V.  
 mi Pontificis Mandata transgressi fue- A. C. 495.  
 rant, Libellum supplicem Concilio obtu-  
 lit, quem prælegit Diaconus Anastasius,  
 forte idem, qui anno sequenti electus est  
 Papa. In illis precibus Misenus efflagi-  
 tabat, ut Patres ipsius misererentur, Se-  
 nis, infirmi, timentisque, ne extra Eccle-  
 siæ Communionem Morte occuparetur.  
 Jussit Pontifex, ut ingrederetur. Ipse  
 admissus in terram se demisit, atque ut  
 erat prostratus alterum libellum porre-  
 xit, in quo Hæresi, & Personæ Eutychis,  
 ejusque Sectatoribus præsertim Diosco-  
 ro, & Acacio Constantinopolitano Ana-  
 thema dicebat.

Cum Gelasius interrogasset, quid Con-  
 cilium sentiret, omnes Episcopi, & Pres-  
 byteri surgere, & clamare: *Jeſu Chri-  
 ſte exaudi nos! longam vitam Gelasio!*  
 Has voces vicies repetierunt. *Utere a  
 Deo tibi data Potestate!* Duodecies.  
*Imitare S. Petrum!* Decies. *Rogamus  
 te, ut ignoscas!* Novies. Iphis tandem  
 confidentibus Gelasius dixit: *Dum sacra  
 Sedes Misenum, & Vitalem condemnavit,  
 spem veniae non abstulit. Vitalis Dei  
 Judicium subiit, quin ipsi auxilium fer-  
 re potuerimus. Istum autem, dum bac au-  
 sa adbuc fruitur, recipere sine mora oportet.  
 Itaque ad nostram denuo Communio-  
 nem, & Sacerdotium admittetur. Om-*

H : nes

**Sæculum V.** nes Episcopi, & Presbyteri, surgentes sa-  
 A. C. 495. pius acclamando consensum suum pro-  
 fessi sunt, Papam tanquam IESU Christi  
 Vicarium agnoscentes, additis votis,  
 ut in Sede Roinana S. Petri annos ex-  
 pleret. Sixtus Ecclesiæ Romanæ Nota-  
 riū jubente Papa hujus absolutionis A-  
 etā conscripsit, & ipse Pontifex in hoc  
 Concilio adversus obstinatos Græcos  
 multum dixit.

## §. XXXIX.

*Euphemius Constantinopoli ejicitur.*

**Marcell.** Interea Anastasius Imperator nihil non  
**Chr. Theod.** faciebat, quo Græcorum animi in  
 leet.lib.2. p. Schismate obfirmarentur. Eodem anno  
**559. Theoph.** 495. Viatore Consule, Euphemium Pa-  
 p. 120. an. 5. triarcham Constantinopolitanum depo-  
**Anast.** ni jussit, falso insimulatum, quod consi-  
 lio & consensu juvisset rebelles Isauros,  
 qui pristino favore Imperatoris Zenonis  
 Popularis sui adhucdum feroceſ contra  
 Anastasium sub ejus Regni auspicioſ ſe-  
 ditionem moverant. Quamobrem E-  
 piskopi, qui tunc Constantinopoli dege-  
 bant, in Concilium coire jussi, & quia  
 Imperatorem offendit nolebant, Euphe-  
 mium deposuerunt, & excommunicarunt.  
 Mox præcipiente Imperatore in  
 ejus locum ordinatus est Macedonius  
 Presbyter, Ecclesiæ Thesauro Præfectus,  
 Nepos